



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

Addenda In Notis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

## ADDENDA IN NOTIS.

**C**ERTUM est ministrorum Episcopi vocabulo in- Pag. 530.  
telligi Archidiaconos & Archipresbyteros, ut di-  
ximus. Sed tamen heic lubet addere testimonium Lan-  
franci Archiepiscopi Cantuariensis in epistola xxvii.  
ad Stigandum Episcopum Cistrensem. *Clerici villarum  
nostrarum*, inquit; *qui in vestra dioecesi existunt, questi  
nobis sunt quod vestri Archidiaconi repertis occasionibus  
pecunias ab eis exquirunt & à quibusdam jam accepe-  
runt. Et infrā: Mandamus itaque ut male accepta sine  
dilatatione reddi jubeatis, & ministris vestris; ne ulterius  
id presumant, servanda caritatis studio prohibeatis.*

Ex epistola x x x i i i. ejusdem Lanfranci colligi-  
mus etiam illius aëvo communionem corporis & san-  
guinis Domini tribui solitam pueris. Consultus enim  
super ea re à Domnaldo Hiberniae Episcopo, ad eum  
ista rescripsit: *Re vera & procul pulsâ omni ambiguita-  
te sciatis neque transmarinas Ecclesias neque nos Anglos  
hanc de infantibus tenere sententiam quam putatis. Cre-  
dimus enim generaliter omnes omnibus statibus pluri-  
mum expedire tam viventes quam morientes dominici  
corporis & sanguinis perceptione sese munire.* Vide No-  
tas clarissimi viri Lucæ Dacherij ad hunc locum.

Adnotatum est Parliamentum Parisiense decreto suo Pag. 586.  
sustulisse consuetudinem quæ in dioecesi Ambianensi  
invaluerat ut illis qui noviter matrimonio juncti es-  
sent non liceret cum uxoribus suis coïre tribus priori-  
bus noctibus post nuptias, decretum autem illud  
scriptum fuisse anno M D I. die x i. Martij. Puto au-  
tem heic erratum esse à typographo in editione Sta-  
tutorum synodalium Stephani Poncherij Episcopi Pa-  
risiensis, & decretum illud toto seculo antiquius  
esse. Nam in veteri collectione Arrestorum Matthæi  
Chartier Advocati Parisiensis, quam habeo manu  
scriptam, hæc leguntur: *Le premier jour de Mars  
1401. l'Arrest donné contre l'Eveque d'Amiens sur la  
taxe des Sacremens & autres choses ecclastiques. De-  
inde in alio veteri codice M S. quem mecum olim*

T c

communicavit vir clarissimus Antonius Vion Herovallius ista totidem verbis habentur : L'an mil cccc. ix. le xix. jour de Mars fut dit par Arrest de la Cour que les deffenses faites à la requeste du Procureur general & les Maire & Eschevins d'Abbeville en Pontieu, par vertu de certaines Lettres Royaux, à l'Evesque d'Amiens & aux Curez de ladite ville, c'est asavoir audit Evesque qu'il ne print ny exigast argent des nouveaux mariez pour leur donner congé de coucher avec leurs femmes la premiere, deux, & troisième nuyts de leurs noces, & autres contenues audit Arrest, avoir esté bonnes & valables, & l'opposition dudit Evesque avoir esté donnée sans excepte au regard des exceptions generales, au regard desquelles il fut dit les deffenses avoir esté faites sans cause. Et fut dit que ung chascun desdits habitans pourroit coucher cum uxoribus suis la premiere nuyt de leurs noces sans le congé de l'Evesque, & que les habitans qui mourroient pourroient estre enterrez sans congé de l'Evesque & ses officiers, s'il n'y a empeschement canonique. Et oultre que les heritiers & executeurs du testament d'aucun trespassé ne pourront estre constraints ne obeyr à accomplir les ordonnances faites par les Officiers dudit Evesque ne par lui au regard des Testamens faits par lesdits intestaux; mais les pourra ledit Evesque admonester charitalement qu'ils facent bien pour l'ame dudit intestat. Et que les heritiers ou executeurs du testament d'aucun trespassé pourront de dans l'an du trespassement submettre l'execution d'iceluy à la Justice l'aye ou de l'Eglise. Cum pluribus aliis in Arresto contentis. Hæc, quia exciderant, visum est heic addi debere, ut causæ istius exordia & progressus noscantur.

